HIERONYMUS
Salzburg, Ende 11. Jh.
Seite 46r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26080
Copyright: Admont, Benediktinerstift

do. / uni spi e. Fugite fornicationem. Omne peccatum quod cumque fecerit homo. extra corpus est. / Qui autem fornicatur in corpore suo peccat. et rt. Sci apli dum etiam luxuriam disputat dicens. Esca ventri et venter escis. deus autem et hanc et illam destruet. / Sequentur venit ad fornicationem. Et omni luxuria matrem libidinis est. venereque distentum cibo et uinum potionibus irrigatum uoluptas genitalium sequitur. atque ut alibi dictum est pro membrorum ordine ordo uitiorum est. Omne itaque peccatum. uerbi gratia. furtum. homicidium. rapina. periurium. et cetera his similia per factum penitudinem habent. et licet inuitet lucrum. tamen mordet conscientia. / Voluptas sola atque libido etiam in ipso tempore penitentiae praeteritos stimulos patitur. et titillationem carnis. et incentiua peccati. / ut phet quae corrigi cupiunt. cogitantes rursum sit materia delinquendi. Alii. Cetera peccata foris secus sunt. Quicquid enim egerimus in alius agimus. / fornicatio non solum conscientiam fornicantis. sed et corpus maculat. ac secundum sententiam domini inquiunt. Propter hoc relinquet homo patrem et matrem. et adherebit uxori suae. et erunt duo in carne una. / etiam ipse cum meretrice unum corpus efficitur. et peccat in corpus suum. dum templum xpi. fiat corpus et meretrix. Dicamus et alii. / ne ullam graecorum sententiam praeterire uideamur. Aliud est peccare per corpus. / aliud in corpore. Furtum. homicidium. et cetera absque fornicatione peccata. per manum administram extrinsecus. / fornicatio sola in corpore nostro exercetur a nobis. non per corpus in alios. sed per propositum mysterium. Habet autem in se passionem. sed qui ita edisserit. aiunt quod secundum sanctam scripturam uxor. uiri corpus sit. et quicumque fuerit fornicatus. peccat in corpus suum. hoc est in uxorem. dum eam sua fornicatione commaculat. / et facit eam non peccantem. sui commixtione peccare. Repperi iuncta epistolae commentariolo breuem cartulam. in qua haec indicta ferebantur. Queren dum ab eo idem ame. utrum mulier relicto uiro adultero. et sodomita